

**¶ Pars .I.****¶ Ca. .II.**

quantacumq; fuerit: non ingerit fidem siue credulitatem intelli-  
gentibus: & exercitatis ex necessitate: tamen cum ipsi certi sint  
non omne qd̄ videtur verum esse: est verum. **S**apientium etiā  
est a verisimilitudine & probabilitate: tanq; a fido falsoq; co'o-  
re semper timere & cauere. Illud tamē verum est: q; qui credit  
principis siogistice ordinatis: necesse habet credere conclu-  
sionem: & posita credulitate principiorum: non est ei liberum  
credere vel non conclusioni: imo necessarium est: non quidem  
necessitate absoluta & precisa: sed determinata & conditionali-  
voluntarium tamen simpliciter est & liberum de omni proba-  
bili: vt ei quis credat: vel non credat: quoniam nihil a deo pro-  
babile quod non habeat: aut dissuasionem qua potest videri  
falsum: aut saltem qua possit videri non esse credendum: & hoc  
propter periculum erroris. **E** Sufficit enim sapienti cum  
veritatem apprehendere nō potest: non illudi a falsitate: & non  
errare: atq; nō falli. **Q**uemadmodum & bellatoxi cum hostem  
superare non potest: satis est ei cum non superetur ab ipso. **E**t  
negociatoxi cum lucrum capere non potest: si damnum euitet  
**E**t ne putas leue damnū philosophantib; credulitatis & opi-  
nionis errorem. **H**oc enim totis studijs effugere contendunt:  
videlicet ne superentur ab erroribus: ne pro veritate quā querūt  
fallente probabilitate: vel verisimilitudine mendaciū accipiat

**¶ De Cogitare.****¶ Capitulū .II.**

**U**nc autē reuertamur ad id: in q̄ ertamus. **A** Et di-  
camus: quia cogitare si nudū est: & solum cogitare in/  
forme est valde atq; materiale si non habeat assentiō:  
aut certitudinem: aut dissensionem. **V**nde nec ex ipsa materia  
super quam cadit: quācumq; bona aut mala sit: nunq; format:  
aut denominat: nec vnq̄m ex ea habet laudem: vel vituperium.  
**C**ogitare enim quantumcumq; horribile: & quantumcumq;  
detestandum malum: si nudum est vt dixim;: non est malum.  
**S**icut nec videre quantumcumq; malum: dummodo videre nu-  
dum sit: a delectatione & assensione: malum non est. **A**liquin  
necesse esset deū qui omnia videt: inquinatissimū esse: ac pesti-  
mum: si mala visa: videntes inquinarent: & malos eos efficerēt  
cū ipse omnia mala: & super oēs videat: & videre nunq; desistat.  
**B** Amplius cogitare propter ipsum: nunq; queritur: nec ī  
eo sistitur: queri tñ potest: & laudabiliter: & fortiter seu virtuo-  
se. **Q**uemadmodum cum ad hoc queritur: vt pariat v' excitet  
legitimas affectiones. **A**d hoc n. viri sancti interdum cogitant  
turpia: vt ea magis ac magis abhominentur. **A**d hoc cogitat